



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

IX. Der Rath und die Bürgerschaft zu Oderberg bestellen Bevollmächtigte zu einem vor dem Dechanten der St. Nicolaikirche zu Magdeburg als päpstlichen Executor zu verhandelnden Prozesse, am 21. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

IX. Der Rath und die Bürgerschaft zu Oberberg bestellen Bevollmächtigte zu einem vor dem
 Dechanten der St. Nicolaiskirche zu Magdeburg als päpstlichem Executor zu verhandelnden
 Prozesse, am 21. October 1393.

Noverint universi et singuli Christi fideles presentes literas visuri, et maxime, quorum interest, intererit, et interesse poterit, quomodolibet in futurum, quod nos proconsules et Consules opidi Oderberghe, Brandenburgensis dyocesis una cum omnibus et singulis opidanis dicti opidi, ad sonitum campanae de et propter infra scripta in Cimiterio congregati, nomine nostri ac nostre universitatis opidi predicti nomine, et ex potestate et de consensu, voluntate et assensu omnium et singulorum opidanorum dicti opidi universitatem facientium, meliori modo via jure causa et forma, quibus melius et efficacius fieri et consilio cujuslibet sapientis dictari valeat atque possit, citra revocationem omnium nostrorum procuratorum per nos proconsules et consules antedictos in causa infra scripta constitutos, fecimus, constituimus, creavimus et ordinavimus, et presentibus facimus, constituimus, creamus et ordinamus providos et discretos viros Matheum Rust clericum havelbergensem Syndicum civitatis magdaborgh, Johannem Braxator et Johannem Laffan cives magd. absentes tamquam presentes et quemlibet eorum in solidum, ita ut non sit melior condicio occupantis et quod unus eorum inceperit, alter prosequi, mediare valeat et finire, in nostros et nostre universitatis opidi predicti veros certos et indubitatos factores, defensores, excusatores et nuncios speciales in omnibus et singulis causis nobis proconsulibus et consulibus ac universitati opidi supradicti coram quocunque seu quibuscunque iudice seu iudicibus, ordinario seu ordinariis, delegato seu delegatis, subdelegando seu subdelegandis, conservatoribus, executoribus quibuscunque, cujuscunque status, gradus, ordinis, preeminentie, dignitatis seu conditionis existat seu existant, aut quocunque seu quibuscunque nomine seu nominibus proprio seu propriis cognomine seu cognominibus nuncupetur seu nuncupentur per quamcunque seu quascunque personam seu personas ecclesiasticam seu ecclesiasticas mundanam seu mundanas secularem seu seculares nobis proconsulibus et consulibus et universitate antedictae conjunctim vel divisim motis seu moyendis, et potissimum in causa seu causis, quam vel quas nobis proconsulibus et consulibus opidi antedicti discretus vir Bernhardus de uos clericus ut asseritur Ratzeburgensis dyoceseos coram honorabili viro Domino Decano ecclesie sancti nicolai magd. iudice et exsecutore ut dicitur a sede apostolica delegato seu quocunque alio commissario seu iudice ab eodem subdelegato seu subdelegando movet seu movere intendit, dantes et concedentes iisdem nostris ac nostre universitatis syndicis et procuratoribus et concivibus in solidum plenam et liberam potestatem et omnimodam administrationem agendi defendendi libellos seu libellos et quascunque petitiones alias summarias dandi, recipiendi, excipiendi, replicandi, litem seu lites contestandi et ex adverso contestari petendi, videndi et audiendi, Juramentum de calumpnia et malicia vitanda et de veritate dicenda et cujuslibet alterius generis sacramentum licitum et honestum et ad causam seu causas hujusmodi necessarium et oportunum in dictis nostris constituencium ac proprio ipsorum syndicorum et procuratorum predictorum ac cujuslibet concivium prestandi et ex adverso prestari petendi, exigendi et videndi, ponendi et articulandi, positionibus et articulis punctis adversis objiciendi et contradicendi et duntaxat admissibilibus et pertinentibus respondendi, testes instrumenta literas privilegia scripturas et quascunque alias probationes in vim probationis seu etiam quorum alias produciendi, testes partis adverse produci recipi et jurare videndi et coram Deo dicendi omnia et testibus opponendi, objiciendi et si necesse fuerit probandi, exceptiones quascunque in qualibet parte litis proponendi, ad-

mitti petendi et probandi, concludi petendi et concludi dicendi, opponendi allegandi et informandi summam seu summas tam interlocutoriam seu interlocutorias quam etiam diffinitam seu diffinitas seu alias quascunque permutaciones fieri petendi et audiendi ab ipsis et eorum quolibet seu alio vel aliis quocunque seu quibuscunque cognomine seu cognominibus illato seu illatis inferendo seu inferendis, connato seu connatis, conando seu conandis, scilicet pluries et quociens opus fuerit, conjunctim vel divisim appellando, appellatos petendi et recipiendi, appellacionem seu appellaciones insinuandi et notificandi et prosequendi ipsis seu alteri ipsorum si expediat renunciandi, dampna et expensas et interesse petendi, exigendi, taxandi, estimandi et recipiendi beneficium tam restitutionis integre quam etiam absolutionis a quibuscunque summis sumptuum aut cautelam conjunctim vel divisim petendi, implorandi, optinendi et recipiendi, cautiones quascunque dandi faciendi et agendi petendi postulandi et recipiendi alium seu alios syndicum seu syndicos procuratorem seu procuratores loco sui seu alterius eorum ad omnia et singula promissa seu eorum partis conjunctim vel divisim substituendi revocandi et onus indicatus et procuracionis hujusmodi in se seu alium imponendi reassumendi, si prout quam ubi ac toties quoties ipsis seu eorum alteri placuerit vel visum fuerit expedire et generaliter et specialiter, ita ut generalitas specialitati et specialitas generalitati non deroget, omnia et singula faciendi, expediendi et procurandi, que in premissis et litera premissa et eorum prolata materia fuerint seu causa quorumlibet oportuna, et que vocatis et legitimis syndicis et procuratoribus a lege vel a canone sunt permessa, et que nos ipsimet constituentes faceremus seu facere possemus nomine et ex potestate nostri et universitatis nostri seu opidi predicti, si presentes essemus, eaque si premissi seu aliquorum premissorum parva existerint vel majora quantumcunque mandatum exigant sponte promittentes in his scriptis nostris, qui supra pp. per dictos nostros et universitatis nostre syndicos et procuratores constitutum seu constitutos substituendum seu substituendos ab eis seu eorum altero actum, factum, gestum, procuratum seu ordinatum fuerit in premissis seu quibuslibet premissorum gratum, ratum et acceptum perpetuo habebimus, dictos quoque nostros et universitatis nostre predictae syndicos procuratores ac substitutum seu substitutos, substituendum seu substituendos ab eis seu altero eorundem ac eorum quemlibet ab omni onere satisfaciendi relevare ac propriis et coram quolibet judicio sisti et judicatum solvi in omnibus et singulis suis clausulis materiis eaque et oportunis, sub omnium et singulorum nostrorum et universitatis nostre predictae honorum presencium et futurorum obligatione et ypotheca. Et si que in literis procuratorum nostrorum constitutoris sub sigillo nostri opidi in premissis tam nobis per Bernhardum de Mor quam coram honorabili viro Domino Decano suprascripto ipsis procuratoribus per nos mpp. transmissis appareant rafa et presertim in cognomine unius procuratoris in iisdem literis per nos proconsules et consules constituti, scilicet in illa dictione Lassan, approbamus et ratificamus, protestantes hoc non ex vitio sed ex errore scribentis fuisse factum. In quorum omnium et singulorum evidens testimonium excerta nostra et nostre universitatis scientia nostri opidi sigilli munimine et appensione duximus communire. Data et statuta sunt hec in cimiterio parochialis ecclesie opidi odersberghe ante dicte Brandenb. Dyoces. anno Dni MCCCXIII. mensis octobris die vicesima prima presentibus honorabilibus et discretis viris Dnis. Henningho Radenschue plebano in Ewerfwalt, et Thylemanno plebano in dicta Odersbergh testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Aus einer sehr fehlerhaften Abschrift.